Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

tibus non introibo. Lauabo inter
innocentes manus meas et circum
dabo altare tuum domine. Vt au
diam vocem laudis tue et enarrem
universa mirabilia tua. Domine di
lexi decorem domus tue et locum ha
bitacionis gloriae tue. Ne perdas cum
impiis deus animam meam et cum vi
ris sanguinum vitam meam. In quo
rum manibus iniquitates sunt dex
tera eorum repleta est muneribus.
Ego autem in innocencia mea in
gressus sum redime me et miserere
mei. Pes meus stetit in directo in
ecclesiis benedicam te domine. In fine
ps David ante quam inungeretur secundo.

Dominus illuminacio
mea et salus mea
quem timebo. Do
minus protector
vite mee a quo tre
pidabo. Dum
adpropiant super me nocentes ut edant
carnes meas. Qui tribulant me
inimici mei ipsi infirmati sunt et ce
ciderunt. Si consistant adversum me
castra non timebit cor meum. Si
exsurgat adversum me prelium in
hoc. Vnam petii a domino hanc
requiram ut inhabitem in domo domi
omnibus diebus vite mee. Vt videam
voluntatem domini et visitem tem
plum eius. Quoniam abscondit
me in tabernaculo suo in die malorum
protexit me in abscondito tabernacu
li sui. Super petram exaltavit me et
nunc exaltavit caput meum super
inimicos meos. Circuivi et immo
lavi in tabernaculo eius hostiam vo
ciferacionis cantabo et psalmum dicam
domino. Audi domine vocem
meam qua clamavi ad te miserere
mei et exaudi me. Tibi dixit cor
meum exquisivit te facies mea fa
ciem tuam domine requiram. Ne
avertas faciem tuam a me ne de cli
nes in ira a servo tuo. Adiutor
meus esto ne derelinquas me neque
despicias me deus salutaris meus.
Quoniam pater meus et mater
mea dimiserunt me. Assumpsit me
Legem pone mihi domine viam
tuam et dirige me in semita recta propter
inimicos meos. Ne tradas me in
animas tribulantium me quoniam insur
rexerunt in me testes iniqui et mentita
est iniquitas sibi. Credo videre
bona domini in terra viventium. Ex
specta dominum viriliter age et confor
tetur cor tuum et sustine dominum. Ps xpi
Ad te domine dd. et huic dd.

Clamabo deus meus
ne sileas a me ne quando ta
ceas a me et ero similis descendentibus
in lacum. Exaudi domine vocem
deprecacionis mee dum oro ad te dum
extollo manus meas ad templum
sanctum tuum. Ne simul tradas
me cum peccatoribus et cum opera
tibus iniquitatem ne perdas me
cum hiis qui locuntur pacem
cum proximo suo mala autem sunt
in cordibus eorum. Da illis secun
dum opera eorum et secundum nequiciam adi
inventionum ipsorum. Secundum
opera manuum eorum tribue illis red
de retribucionem eorum ipsis. Quo
niam non intellexerunt opera domini